

XXXV. Capitulum constitutionis partium præbendarum. R.

1893) „ In nomine Domini Dei & salvatoris
 „ nostri Jesu Christi , Amen. Incarnationis ejusdem
 „ millesimo centesimo octuagesimo nono , mensis
 „ Julii , Indictione septima , Rivoalto. Nos Bene-
 „ dictus Faletro divino munere Primicerius Eccle-
 „ siæ beati Marci , & ceteri fratres ejusdem Ec-
 „ clesiæ , quorum nomina inferius scripta sunt ,
 „ data fide pro nostræ comunitatis utilitate promi-
 „ simus ; Quod post numerum triginta partium nul-
 „ li dabimus portionem , nisi forte nobis ita super
 „ beneficio quod habemus convenienter providea-
 „ tur , quod universitati nostræ beneplacitum possit
 „ existere , & honorifice stare possimus . Præterea
 „ sub eadem districione statuimus , ut si quis fra-
 „ trum nostrorum hac nostra constitutione despe-
 „ ñta ita facere pro suæ temeritatis audacia recu-
 „ saverit ; & semel , bis vel tertio comonitus ad
 „ hæc manum sub juramento fidei non præstiterit ,
 „ per annum inter nos carere debeat sua portio-
 „ ne , quam ei dare nullo tempore nisi conjuncti
 „ sententia faciemus : imo contra potius bona fide
 „ usque ad quæstionis exitum decertabimus . Ce-
 „ terum & si Clericum aliquem receperimus in
 „ confratrem , ei partem non dabimus , nisi se prius
 „ modo simili coobligaverit .

„ Ego Benedictus Faletro sancti Marci Primicerius
 „ m. n. ss. (così tutti gli altri m. m. ss.)

„ Ego Thomas Paulini , presbyter. = Ego An-
 „ gelus , presbyter. = Ego Simeon Caisolus , Dia-
 „ conus . = Ego Petrus Minio , Suldiaconus . =
 „ Ego Petrus Arimondo , presb. = Ego Vitalis Zo-

„ p. -